



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

votum B. MARIAE Lauretanæ publicè fecerit : cuius
damnata voti, vnum è nostris misit, qui illud dissol-
ueret. Sic ibi. Ita ille velut collectis Vrbis totius
linguis, & cordibus Deiparam ex munere salutauit;
illam Deiparam, cui in Græcis Menæis Ioannes Eu-
chaita sic loquitur : *Te, tanquam amabile cunctorum
mortalium decus, celebramus uniuersi, hymnis cantandis
in vnum veluti labium collecti. quare o palatum Verbi,
nos quidem viles, sed tamen tuos, ad celeste Regnum
admitte.*

A N N O M D L X X X I I I .

280 P. Rudolphus Aquauia P. Euerardo Mer-
curiano Generali scribens ex Indico itinere ; Equi-
dei, inquit, in memoriam tuæ erga me paternæ tū-
telæ semper in sinu gesto Deiparæ effigiem quam
proficiſſentī mihi dedisti. Benè illius effigies hōc
in honore habebitur, à qua, vt ait Andreas Archie-
piscopus Hierosol. nostra effigies nouam figuram con-
sequitur. Nouam figuram se per illam à Dō con-
secutum gaudebat P. Michael Gubernus hoc anno
28. Dec. Valentiae extinctis. Solebat ille, etiam in
tricinio aliquando, petita à Superiorē facultate,
tenerè narrare, se die Beatissimæ Virginis natum
eiusdem die Societatem ingressum; item primum
introiuisse ad altare DEI ad primum sacrificium
celebrandum; & plurimis alijs ab illa beneficijs
cumulatum, quæ suauissimo audientiam sensu fa-
cundiaque amabili percensebat.

281 Benedictus Goéz miles licentior, Societa-
tem IESV anno 1584. expetijt, & adiit ope Deiparæ,
animo, in eius templo anno 1583. ad maiorem de-
noxis præteritis detestationem, & confessionem
apud vnum de Societate faciendam, adeoque ad
Societatem incundam permoto : in qua ille, utili-

Imaginē
B.V. pro
itinere
dare ami-
cis.

in S. Mar-
saluta-
tionem.

Benefi-
cia eius
narrare.

Cor poe-
nités per
illam pe-
tere.

SUP

X 2

Mogo-

Mogorentibus, alijsque operâ vixit, anno 1607.
11. April. 11. Aprilis felici morte perfunctus. Intellexit ille,
 Vid. Incit. tunc quanta sibi venia spes esset ab ea quæ totius
 n. 50. et misericordiæ fons est, & quæ non difficilis sit
 annuas. Filius ad Matris preces, qui cum lachrymis perdi-
 tum hominem ad se redeuntem excepit. Ad hunc,
 t. I. f. 4. de ait Bernardus, ad hunc fontem sitibunda properet ani-
 A. f. B. V. ma nostra, ad hunc misericordiæ cumulum tota solicitu-
 in fine. dine miseria nostra recurrat.

Obedien-
tia illam
colere.

Vid. Incit.
n. 51.

t. 2. sp. 38.

16. April.
Cor suū
Deo per
B. V. quo
tidie of-
ferre.
Quærere
modos
crescendi
in amore
B. V.

282. Romæ nuncupatis ritè Societatis tunc pri-
mùm impetrata votis mortuus anno 1583. & S. An-
dreæ tironum sepulchro illatus est Georgius Gil-
bertus nobilis, opulentus, & virtute obedientiæ so-
lidæ mirabilis iuuenis, de cuius erga Deiparæ pie-
tate dixi alibi, de obedientiâ potissimum. Obe-
dientia est ancilla voluntatis diuinæ per homines
explicatæ. Illam faciendo imitamur Matrem Del.
Faciebat & illa voluntatem Patris, inquit S. Augusti-
nus: vnde illam etiam hoc modo CHRISTI Matrem
fuisse ostendit.

ANNO MDLXXXIV.

283. Guilielmus Elphinstonius Notitius Nea-
poli anno 1584. 16. April. diem pretiosè obiit.
Hic à quo tempore sodalium in albo nomen pro-
fessus est suum magni semper id fecit: ideòque
iam tum se Deiparæ filium lètè vocabat. Hoc in-
Cor suū ter consueta, & plurima in illo non omittendum,
Deo per quod Patres spirituales crebrò interrogauerit; quo-
modo in amore eiga B. Virginem quam maxime progredi
posset? item, quod quotidie sapissimè diuinæ Maie-
stati per B. Virginem cor suum totum impensè of-
ferret: id quod illi, & viuenti magno ad virtutem
emolumento, & morienti ad fiduciam dulciorē
tenero solatio fuit. Vnde ad B. Virg. imaginem,

quæ